

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3353

**Auteur(s) :** Philippe II Auguste, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Rouen, Notre-Dame-du-Parc, dépendance Grandmont (prieuré, prieur)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1213, mars...

**Lieu d'émission :** Pont-de-l'Arche

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Philippe [II], roi de France, confirme aux frères de Grammont, leurs biens et leurs droits indiqués dans les chartes du roi Henri [II d'Angleterre].

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 224, p. 35.
- b. Boussard Jacques, Monicat Jacques, Samaran Charles, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 3, années du règne XXVIII à XXXVI (1er novembre 1206-31 octobre 1215), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France ; 7), 1966, n° 1279, p. 402-404.

## Dissertation critique

« 1213, mars ? » : datation proposée par SARAMAN/MONICAT/BOUSSARD, *Recueil des actes de Philippe Auguste*, t. 3, p. 402, n. 1.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis, Amen. Philippus Dei gratia Rex Francorum. Noverint universi quod nos, pro salute anime nostre et pro stabilitate regni nostri, confirmamus Deo et fratribus ordinis Grandimontensis in Parcho juxta Rothomagum habitantibus totum parchum et totum nemus cum fundo terre in quo habitant liberum et quietum, sicut exteriorum fossatorum clausura, que est juxta regiam semita[m], circumquaque demonstrat per circuitum, ad utendum modis omnibus quibuscumque uti voluerint pro sua voluntate cum omnimoda justicia et jurisdictione. Confirmamus etiam fratribus antedictis ducentas libras andegavensium in vicecomitatu nostro de Rothomago annuatim ab ipsis fratribus percipiendas libere et quiete, videlicet centum libras in pascha et centum libras in festo sancti Michaelis sine contradictione, et plenum usagium in tota foresta nostra de Rovareio, ad edificandas domos quascunque domos edificare voluerint infra parchum memoratum et extra, ad calefaciendum et ad faciendum naves et batellos et ea omnia que dicte domui fuerint necessaria et animalibus suis cujuscunque generis sint, et totam vacheriam que est subtu Le Molinel juxta Secanam liberam et quietam cum omni jure et dominio, et duos burgenses in civitate Rothomagi liberos successive et in singulis villis prope dictam domum de Parcho existentibus unum hominem successive de mediocribus per obtionem suam liberum et quietum et omnes illas litteras et elemosinas et libertates que a predecessibus nostris quocunque modo eisdem fratribus sunt collate

vel ab aliis personis, volentes sicut voluerunt predecessores nostri et firmiter precipientes ut predicti fratres cum tota familia sua et omnes homines ipsorum presentes et futuri sint liberi et quieti per totam terram nostram quam habemus et quam nos habere contigerit ab omnibus emptionibus et venditionibus et omnibus actionibus, emendis et forefactis et ab omnibus consuetudinibus, prout in litteris bone memorie regis Henrici plenius continetur, et ut premissa omnia robur perpetuum obtineant, sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato presentem paginam confirmamus.

Actum apud Pontem Archie, anno dominice incarnationis M° CC° duodecimo, [regni] vero nostri anno tricesimo quarto, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa : dapifero nullo ; signum Guidonis buticularii ; signum Bartholomei camerarii ; signum Droconis constabularii. Data vacante (place du monogramme) cancellaria.